



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quid sit missio in possessionem rerum, vel bonorum ex primo decreto,  
& quis ejus effectus & quando ec quomodo concedatur, ac fiat?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

§. V.

*Quomodo citandus sit Reus contumax absens, si non reperiatur; & an etiam appellans. & recedens ante sententiam definitivam, iterum citari debeat; & utrum appellans ab interlocutoria posse possit à sententia definitiva consenserit?*

*Sufficit in casu, quo personaliter claudus reperiti non potest, ad incurriendam contumaciam, si edictum citationis affigatur in publicis valvis Ecclesie vel Curie, vel ad domum illius, ubi solitus est habitare c. Venerabilis 10. b. t.*

Eciamsi unicâ tantum peremptoriâ cito fuit, si autem citatus ad totam causam ab interlocutoria, aut alio gravamine, ante sententiam definitivam, recesserit, aut ad Superiorum appellaverit, non debet iterum necessariâ à Judice inferiore citati ad sententiam definitivam (quia per appellationem talen aut recusum tacite saltem contra tales Judicem protestatur) nisi appellans v. g. facti pœnitentes appellationis sponte renuntiaverit. c. Eum qui, b. t. in 6. & Clementi. Si ante b. t. sed potest ad causam definitiandam, eo etiam non citato, procedere, si causa appellationis illegitima fuerit. Plurata in Tit. de appellat.

## TITULUS XV.

### DE EO QUI MITTITUR IN POSSESSIONEM, CAUSA REI SERVANDÆ.

§. I.

*Quid sit missio in possessionem rerum velbonorum ex primo decreto, & quis ejus effectus, & quando ac quomodo concedatur, ac fiat?*

*M*issio ex primo decreto est, & dicatur illa, quâ Judex ad instantiam partis primò jubet, præsentē partem, ob contumaciam absentis, mitti in possessionem bonorum petitorum custodiae causa, ita ut per talen immisionem nec dominum nec vera & stabilis possessio rei acquiratur immisso, sed detentio tantum, & rei custodia; post annum tamen, nisi cautionem de se sifendo in judicio intra-

annum Reus suâ culpâ præstare intermisserit, quamvis voluntatem hujus præstandæ habuerit, in actione reali verus possessor stabilitur, & irrevocabiliter Actor constitutus, & omnia commoda habet veræ possessionis, salvo manente jure proprietatis parti adversæ absenti, prout sumitut ex cap. Constitutis 1. b. t. ut ne scilicet contumacem sua contumacia juvet, neque tamen sine speciali culpa alia proprietate excidat. Patet tamen etiam ex c. b. t. si per Reum absenter non fuerit, quod minus intra annum cautio nem præstaret, eò quod vel legitimè impeditus fuerit, vel cautio à Judice aut alio, cui offerri poterat, acceptata non

Oo 3 fue-